THEOD. I.F. GRASWINCKELI
J. C^ti DELPHENSIS

DISSERTATIO
DE
JURE PRÆCEDENTIÆ

INTER

Sereniſſimam VENETAM Rempubl.
& Sereniſ. SABAUDIÆ DUCEM;

Oppoſita Diſſertationi juſſu Sereniſſ. SABAUDIÆ DUCIS evulgatæ.

45-1-92.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

LUGD. BATAVORUM.
Ex Officinâ Elzeviriorum.

cIↃ IↃ C XLIV.

Illuſtriſsimo atque Excellentiſsimo

DOMINO

D. ALOYSIO CONTARENO,

Senatori VENETO, ad Potentiſſimos Orbis Chriſtiani Dynaſtas continuis Legationibus pro Sereniſſ. VENETORVM Republica glorioſiſſimè defuncto.

QVi ſummum in hoc mundo locum tuentur, totis in id viribus incumbant ac nitantur eſt neceſſe, ut cum ſupremi nominis juxta ac numinis decus mortalibus repræſentent, quem ſui ordinis authorem, ac vindicem agnoſcunt, cui ſe uni ſubjectos ferunt, eundem conſtanter imitentur. Dominantium dominator Deus, (quod illum profeſſi novimus,) non magis nos qualis ſit ac quantus edoctos cupit; quam debitum ſibi decus, ho-

THEOD. I. F. GRASVVINCKELI
J. C^ti DELPHENSIS

DISSERTATIO
DE
JURE PRÆCEDENTIÆ
INTER
Sereniſſimam VENETAM Rempub.
ET
Sereniſſimum SABAVDIÆ Ducem; oppoſita Diſſertationi juſſu Sereniſſ. SABAVDIÆ Ducis evulgatæ.

CAP. I.

Ingreſſus operis. Adulatio ſolenne aularum vitium & pernicies. debilitat nervum gerendarum rerum, qui ſui & ſuarum virium agnitio. Ejus ſpecimen Liber Sabaudicus. Votum autoris. De autore Sabaudici tractatus ſuſpicio. Ille, quicumque ſit, in Venetos Sabaudo Duce majores potentioreſque ſubinde inclementior.

INTER ultimas cauſas, quibus fatales imperiorum orbes accelerantur, non poſtremum obtinet locum adulatio; quæ dum privatam recipiat gratiam, publicum ſæpe exitium